



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XVI. Quot episcopi ordinare episcopum debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO CHRISTI 424. destius conuentus recedere retractauerit , cum fuerit , suo contemptu & contumacia faciente , etiam auctoritate iudicaria conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt : Hoc * enim omnibus placet ? Ab vniuersis episcopis dictum est : Placet , & iustum est.

XVI.

Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt : Et illud nobis mandatum est , vt quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsum- pserunt pontificem , non nisi a duodecim censeatis celebrari episcoporum ordinationes. Aurelius epi- scopus dixit : Forma antiqua seruabitur , vt non minus quam tres sufficient , qui fuerint a metropo- litano directi ad episcopū ordinandum . Propterea quia in Tripoli forte & in * Arzuge interiacere vi- dentur barbaræ gentes : nam in Tripoli (vt afferi- tur) episcopi sunt quinque tantummodo , & pos- sunt forte de ipso numero vel duo necessitate ali- qua occupari : difficile est enim , vt de quolibet numero omnes possint occurrere : numquid de- bet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ uti- litati ? Nam & in hac ecclesia , ad quam dignata est vestra sanctitas humaniter conuenire , crebro ac pene per diem dominicam ordinandos habemus . Numquidnam frequenter duodecim potero , vel decem , vel non multo minus aduocare episcopos ? Sed facile est mihi duos adiungere meæ paruitati vicinos . Quapropter cernit mecum caritas vestra hoc ipsum obseruari non posse .

* Argouze vel Ara- zyta

Cod. Can.
cap. 49.
& in Car-
thag. III.
cap. 39.